



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

18. De Magia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

22 Theologiæ Moralis Lib. XXVIII.

quid cui sit exhibendum Diuinatoria, quando inquiritur, quid sit futurum. Certè fors diuisoria multis in rebus licita est, modo enetus non exceptetur à dæmone, vel à Fortuna, tanquam aliquo Numine, sed simpliciter à Dō, & caueatur, ne aliqui iniustitia fiat. Nevè quidam contra bonum publicum geratur: nec adhibeatur in electionibus Ecclesiasticis, imò neque in secularibus absque necessitate: & modo diuina oracula non convertantur ad terrena negotia, veletudo tendo ad sortiendum Evangeliorum libro. D. Tho. 2.2. q. 95. a. 8. Sanch. l. 2. sum. c. 38. n. 56. Suar. de Relig. 10. 1. l. 2. c. 12. Reginald. d. l. 17. n. 174. fortis consultoria raro sunt licite. Quia Deus non vult suam voluntatem sortibus indagari, sed Ecclesia, ac Sanctorum doctrina, ac perito à viris prudentibus consilio. Et sub anathemate in iure interdicuntur c. fortis 26. q. 5. At posunt esse licite in magna causa necessitatis, quando super re necessario agenda humanum iudicium non sufficit, concurrentibus his conditionibus: Prima, ut debita reverentia ad Deum fortis mittantur. Secunda, ut seruetur modus proportionatus, nè scilicet Sanctorum reliquia, aut Evangelia ad temporaria lucra convertantur. Tertia, ut non fiat sortitus pro Beneficiis, aut officiis Ecclesiasticis que per electionem debent imperi. Azor. p. 1. l. 9. c. 2.1. Filliuc. tr. 24. c. 4. q. 11. n. 104. Bonac. to. 2. d. 3. d. 3. q. 5. pun. 3. n. 5. Sigismund. à Bononia tr. de election. dub. 2.6. Demum fortis Diuinatoria sunt omnino illicita, ac superflua. Quia nec ex natura rei, nec ex Ecclesia instituto rei cognoscenda seruiunt: Ergo sunt medium improportionatum, & admiscentur tacita dæmonis innovatio. c. si quis Episcopus, 26. q. 5. D. Tho. 2.2. q. 65. a. 8. Sylvi. imbi. concl. 4. Portel. de dub. Regal. v. Beneficia. n. 11.

167
Quandonam
diuinatio à
mortali ex-
gesatur.

Qui iocula ostendit, se velle futura diuinare exculari potest à lethali cum non adsit animus superstitionis indagandi latencia, sed est potius vanitas, quam superstitionis. Nec mortalis est Diuinatio per somnia, quando quis ex simplicitate fidem facile illis praefat, putans illa esse à Deo, vel tenuiter credit: aut quando quis credens somnum forte esse à Deo, propter metum a spem aliquid facit, vel omittit, seu carnis se gerit, dummodo aliud peccatum non intercedat. Quia haec non est perfecta superstitionis. Suar. de superst. c. 9. & 10. Lessi. l. 2. c. 43. n. 53. Valent. 2.2. d. 6. q. 12. pun. 4. Nauar. sum. c. 11. n. 37. Laym. 4. tr. 10. c. 3. n. 6.

168
Diuinatio ta-
cita, vel ex-
pressa dæmo-
niæ invoca-
tio, sunt eius-
dem specie.

Cum taciti, & expressi eadem sit ratio, & different tantum inter se sicut completem & incompletum, perfectum & imperfectum in eandem speciem: hinc diuinatio cum tacita dæmoniæ invocatione malitiam habet eiusdem speciei, quam habet Diuinatio cum expressa invocatione gesta. In confessione tamen explicandum est, num fuerit cum tacita, an cum expressa. Quia haec al quando coniunctam habet hærem, aut dæmonis adorationem, aut alia peccata explicanda necessariò: Reginald. l. 17. n. 174. Sanch. l. 2. sum. c. 38. n. 14. & 62. Suar. de superst. c. 10. n. 2. Filliuc. tr. 23. n. 72. Laym. l. 4. tr. 10. c. 3. n. 4. Lessi. l. 2. c. 43. n. 28.

169
Diuinatio si-
ue per aërem,
sive per ignem,
sive per astra, sive per somnia: est
eiusdem speciei in genere moris, quamvis in ge-
nere naturæ sit diversæ. Quia quis modo fiat,

continet priuationem eiusdem perfectionis, can dem spaci in genere ma. Vnde non est opus exprimere in in confessio- riu. ne rem, per quam facta est diuinatio: diversitas enim rei non mutat confessarij iudicium, nec diversam constituit speciem. Azor. p. 1. l. 9. c. 12. q. 3. Mann. sum. c. 5. n. 4. Sanch. l. 2. sum. c. 8. Sylvi. 2.2. q. 95. a. 3.

170
Profecto qui diuinationes exercent, vel di-
uinios consulunt, non sunt hinc ex capite ex Qui diuin-
communicati, nisi eorum diuinationes mani-
festè contineant, aut sapient hærem. Quia in-
tere Canonico nulla talis excommunicatione ipso nos, non sunt
faeto incurritur: quoniam eodem iure tales am- ex capite
themate percutiendos præscribatur. c. Non oper-
et 6. q. 5. Lessi. l. c. 43. n. 10. Sanch. l. 2. c.
38. n. 91. Nauar. sum. c. 27. n. 1.

171
Diuinus quidem pecunias, quas à consulentibus
pro responsis petitis & acceptis à dæmone non
tenetur restituere. Quia iuxta communem resti-
tutionis regulam, quis non tenetur restituere
premium, quod ob rem turpem gerendam acce-
pit: At diuinus operam suam turpem exhibuit.
& ideo premium non tenetur reddere. Mann.
sum. de diuinis. c. 7. n. 4. Fernand. p. 4. c. 6. §.
3. n. 4. Nauarra de restit. l. 2. c. 1. n. 117.

CAPVT XVIII.

De Magia.

172
A G I A est duplex, natura-
lis scilicet & superlitoriosa. Na-
teralis est ratio quedam ope-
randi mira per causas natura-
lites absque dæmonis opera. Hec profutura.

magia per se mala non est,
licet sit periculosa. Quia sub specie occultæ
operationis natura diabolus facile se admiserit,
& ita occultæ virtutis causa naturalis tribuitur,
quod ipsius præstigijs agitur. Magia autem
superstitionis (que à quibusdam diabolica
nomina) est ratio quedam operandi
mira per signa ope derorum. sicut enim magia
naturalis causis naturalibus vitetur: ita hac vi-
tetur signis, que sunt naturales quidem causæ,
sed hæc signa, & tota disciplina primum sunt à
demonibus instituta. Filliuc. tr. 24. c. 7. Lessi.
l. 2. c. 44. dub. 1. Bonac. 10. 2. d. 3. q. pun. 5.
n. 4. Laym. l. 4. tr. 10. c. 1. n. 1.

173
Magia ex genere suo peccatum est lethale. Magia reg-
Quia continet tacitam, vel expressam dæmonis nere in pe-
invocationem, ac proinde societatem, ac be- catum si la
nevolentiam erga illū. Fieri tamē potest, vt ali- ihale, aliqui
qui actus magici à peccato mortali excusen- autem sicut
tur ratione ignorantiae vt si quis ignorat, vel possit iste
non aduerterat racitam illam invocationem,
cum hæc saepè sit valde occulta. Ratione au- veniale. Quia quod in re parva,
tem levitatis materia p' actis non crediderim
vnquam esse veniale. Quia quod in re parva,
vel ludifica dæmoni invocatur, per se non mi-
nus crimen est, quam si id in magna fieret.
Toler. l. 4. c. 14. n. 12. Filliuc. tr. 24. n. 179. Lessi.
l. 2. c. 44. dub. 4. n. 16. Diana. p. 5. tr. 5. refol. 29.
Sanch. l. 2. sum. c. 38. n. 18.

Num aliqua opera ad magiam pertineant, Quia in ma-
tribus modis potest agnosciri. Primo ex cogni-
tione

ESCOL
Theof P
Tom: III

H. L.

Sect. I. De Præcepto I. Recept. Sentent. 23

*magia agnoscit, tione causarum, nempè si expresse diabolus
in alegria ad
operationis ad
magiam per-
tinat.*

innocetur: si preces adhibeantur, quibus falsa sunt permixta: si characteres, imagines, sigilla, ligature, specula, intumctiones, & similia, præter Ecclesiæ morem. Quia cum effectus, ad quem diriguntur, non possit expectari ex virtute talium causarum, ut quæ nullam in se habent, nec etiam à Deo, cum nec ab ipso, nec ab Ecclesiæ quo Spiritu Dei regitur, sint instituta, immo ab ipsa Ecclesiæ probantur: sequitur eum à malignis spiritibus expectari. Secundo, ex conditione operationis, ut cum repente curatur equus, vel homo absque diuino miraculo.

Tertio, ex conditione effectus, si hic industria supereret humanam. Quia magi circa elementa multa possunt, Domino permittente, videlicet tempestates, grandines, tonitrua, fulmina, ventos excitare, iisque laddere, & euertere arbores, segetes, animalia, ædificia. Præterea circa corpora hominum & animalium multa valent efficiere, ut illa celerime de loco ad locum transferre, illa transformare, non quidem intrinsecè figuram mutando, sed extrinsecè ex vaporibus illam circumponendo. Possunt etiam morbos inferre occultos, qui nulla arte medica valeant curari. Possunt curare morbos cunctos, qui naturalibus valent pharmaci ablegari, & omnes, qui ab actuali dæmoni nouento pendent. Possunt thesauros occultos referare, opes pelago abditas extrahere, licet id Deus rarissime permittat. Possunt Magi aliquo modo se invisibilis efficiere, vel translati alio, adstantibus non aduenturibus, vel aliquo corpore infastari inter postu, quod simile sit corporibus adiacentibus. Possunt dæmones in hominem immittere, efficerique ut ab his obsideatur. Circa animam autem rationalem corpori coniunctam, omnia ea possunt Magi, (Dei permissione) dæmonum opera, quæ ex corporis dispositione, & imaginatione pendent, ut inferre amentiam, ad amorem illicitum excitare, ad odium circa hunc, vel illum accendere. Lessi. lib. 2. cap. 44. dub. 3. Valent. 2. d. 6. q. 12. p. m. 1. Deltrius lib. 1. Magic. q. 9. 8. Azor. 10. 1. l. 9. c. 25. Sanch. 1. 2. sum. cap. 40. Suar. de superfl. 1. c. 15. Tolte. lib. 4. cap. 14.

Magia frequenter alia crimina sunt adjuncta, de quibus Magi sunt à Confessariis, ac Indicibus interrogandi, ut hæresis: multi enim ex iis non credunt, diabolum penitus excrucianum esse, aut esse damnatum, aut eos, qui ei adhærent, esse damnandum. Ut Apostolus: abnegant enim, Christum D. & lepè Baptismo renunciāt. Ut Idololatria: accipiunt enim diabolum loco Dei, eique sacrificia litant, alioisque honores deferunt. Ut Blasphemia in Deum, in Christi D. humanitatem, in Beatissimam Virginem, in Divos omnes. Ut sacrilegium: sapientia enim in suis incantationibus rebus lacris videntur, & interdum ipsa sacrissima Eucharistia. Ut Luxuria: ac nefaria cum dæmons commixtione. Ut damna proximorum, v. gr. homicidia, præsertim infantium, mortes animalium, segetum, vaftationes, & similia: in quibus patet Magos, & Sagas dignos esse capitali supplicio, ac omnino à Republica eliminandos. De penitentia Magos inter Cœli, & Canonico impositis plura apud hos, quos cito Doctores. Suan. de Relig. 10. 1. l. 2. c. 19. Reginald. 1. 17. m. 19. 1. Axor. p. 1. l. 9. c. 26. q. 3.

CAPUT XIX.

De Maleficio.

Maleficium est ars, ac potestas nocendi alii. ¹⁷⁵ *Quid malefici
Ex puto espresso, vel tacito cum dænone.
Duplices sunt, amatorum scilicet, ad turpem amo-
rem excitandum, & veneficum, ad nocendum
alii. Amatorum quidem nullius voluntatem
potest ad amandum cogere: obiecto tantum
excitat, comouendo phantasmat, quibus vo-
luntas afficiatur. Quia licet sint quædam rerum
naturalium, nempe herbarum, & lapidum vires &
facultates, quæ concupiscentia flamman pos-
sunt succendere, nulla tamen est in rebus natu-
ralibus facultas ingenita, quæ suapte natura, ex-
citet, allicit, seu accendat hominem ad aman-
dum hoc, aut illud obiectum: vnde quod quis
ad amandum hunc, vel illum hominem excite-
tur, ex dæmonis prouenit facultate, qui homi-
nem altitudine ad amandum in uinerum exci-
tatum, allicit ad amorem circa hunc, vel illum.
Porro veneficum nocet alteri, vel in persona
propria, cum laddendo, occidendo, aut sterilem
reddendo, &c. vel in sua substantia, pecoribus,
vineis, arboribus, &c. idque per tonitrua, aut
pluias, &c. Et in hoc etiam maleficio dæmon
solus ad vocem malefici operatur: cum enim is
vult aliquid malum inferre, dæmon, qui exaet
rerum omnium naturalium vim & naturam
callet, clam applicat venena, inficit aërem, &c.
Imo etiam ipsa ingreditur corpora, & torquet
homines. Si etiam maleficus intendat re-
bus nocere, dæmon excitat tempestates, co-
git nubes, agros inundat, & grandine con-
currit, destruit vineas, sata popularunt, tecta ducit.
Claus. Regia lib. 4. cap. 6. n. 24. Toler. lib. 4. c. 16.
Fillius. tr. 14. c. 8. q. 1. & 2. Reginald. lib. 17. m. 11.*

¹⁷⁵ *Azor. p. 2. lib. 9. cap. 26. q. 1.* ¹⁷⁷ *Omnia maleficia ad quinque genera reu-
cantur. Primo ad dignoscendum occulta, & pro-
cul d'istray consilia, & actiones perfornarum, leficia ad
quæ longe absunt. Secundo, ad morbos mirabi-
liter inferendos, canfanda homicidia, excitando
dolores, vineas destruendo, sata, animantia: sub-
uerrendo domos, arbores, &c. Tertio, ad indu-
cendum sanitatem. Quartu ad fallas, & præsti-
giofas apparitiones, & actiones. Quintu, ad mo-
tus, vel mutationes rerum, & effectus mirabili-
les, ac communis hominum iudicio impossibilis.
Vix enim aliquod maleficium potest reperiri,
quod sub uno horum non contineatur. Sylvest.
v. Maleficium. q. 5. Claus. Reg. 1. 4. c. 6. n. 1. 3. Bo-
nac. 10. 1. d. 3. q. 5. p. m. 1. 5. n. 3.*

¹⁷⁸ *Enim vero remedia malefici possunt esse, vel
naturalia, quæ plerumque parvam vim habent. Malefici re-
Quia diabolus facile omnem illorum actionem, media natura-
cludit, si velit: tamen sunt adhibenda. Vel sunt
supernaturalia, nempe Fidei ferentes actus, Pa-
pistrii suscepitio. Confessio peccatorum. Eucha-
ristæ sumptio. Exorcismi Ecclesiæ, aqua iustra-
lis. Diuorum reliquiæ, signum Crucis, Nominis
Iesu, ac Deipara inuocatio cum ieiunio & oratione. Talia sunt moralia, id est, quæ pertinent ad
paupertatum cum dæmons dissoluendum, quando
nocet ex pacto: quod fit amouendo signa ma-
gica.*